la acie iunctar admiseracione · congaudete
michi potius · quia video xpm me vocantem
qui est amor meus rex et sponsus meus qui est in
omnes corona sanctorum · decus et corona virginum · Vos
ergo planctum istum de[..]ponite quem mani-
inane dispergitis in vos ip[..]sos convertite · ne vos gen-
tilitatis error sempiterna dep[..]rehendat · pro
et vos fletus servetis · Hec lo[..]cuta apparito-
re orandi spacium indulgeri sibi poscit · Quo
dum spiculator annuerit ipsa in celum eleva-
tis oculis oravit dicens · Decus et salus creden-
cium · o sponse et gloria virginum ihesu bone · gracias a-
go tibi qui me inter collegium ancillarum tuarum con-
numerare dignatus es · Fac michi ergo tui mi-
sericordiam · ut quicumque in l[..]audem et gloriam
tuam passionis mee mem[..]oriam egerit
sive in exitu anime sue au[..]t eciam in qua-
cumque tribulacione vel in angu[..]stia me invo-
caverit celerem misericordie tue obtineat effectum · Ecce
iam expleto certaminis mei agone domine ihesu
xpe ferientis gladium expecto · tu quam carni-
fex tollere non potest · precor suscipe spiritum meum ·